



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

11 Episcopus, & Inquisitor parimodo causas ad officium Inquisitionis spectantes cognoscere possunt. Ordinarius edicta super libris prohibitis publicare potest. Ordinarius libros, quos collegerit ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- 11 Episcopus ¶ pari modo quo inquisitor causas ad officium inquisitionis spectantes cognoscere potest, quia ipse est inquisitor ordinarius, *cap. per hoc, & cap. ut inquisitionis, de heret. in 6.* Simanca *de cath. instit. tit. 25. num. 2.* Pegna *comm. 50. quest. 1. in 3. par. direct.* & *Cast. de just. heret. punir. lib. 1. cap. 5.* Possuntque communiter, vel divisim procedere, & est inter ipsos locus præventioni in processu formando, ita quod eorum quilibet potest citare, arrestare, capi facere, ac tutò custodire, mancipare, ponendo etiam in compedibus, vel manicis ferreis, si ei visum fuerit expedire. *clém. 1. §. propter quod, & ibi gloss. in ver. contra eos, de heret.* Potest etiam Ordinarius eodem modo, quo Inquisitor, publicare edicta contra hæreticos, & super libris prohibitis, super quibus ab Inquisitore impediri non potest, quò minus illa publicare valeat. Catalogos quoque librorum, ac libros prohibitos recipere potest, quia sacrum concilium Tridentinum de Episcopis multum confidit, *ut in decret. de edit. & usu sacr. librorum, sess. 4. & in Ind. lib. prohib. in reg. 4. 9 & 10.* Collectos autem libros prohibitos Ordinarius Inquisitori consignari facere tenetur, & ita in generali congreg. Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis sub die 13. Martii anni 1602. fuit Romæ decisum.
- 12 In processu ¶ formando contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defensores eorum, & contra infamatos de hæresi, vel suspectos Ordinarius, vel Inquisitor habita denunciatione, vel ex officio statim debet capere informationes, testes examinando, cū interventu duarum personarum, quæ sint personæ religiosæ; vel clerici, & in eorum defectu duo viri laici

gravesadè quod quinque personæ intervenire debent, videlicet Ordinarius, seu Inquisitor, sancti officii secretarius, seu notarius, reus, & aliæ prædictæ duæ personæ, *cap. ut officium. §. 1. & §. verum, de heret. in 6.* Archid. *in cap. accusatus §. saned. tit. & lib.* Direct. *inquis. 3. par. cap. de form. exa. test. & cap. quot. persona, &c. & ibi Pegna. commen. 17. & commen. 20.* Et in hoc crimine cessat omnis quæstio, an in causa criminali testes ad perhibendum testimonium veritatis sint cogendi, quia omnes cogi possunt, Archid. *in cap. ut officium, §. verum quia, n. 8. & 9. de heret. & post alios Pegna super Direct. Inquis. schol. 139 §. quantum ad primam par. 3. lib. 3.* Ubi autem Episcopus, vel Inquisitor non possint commodè illas duas personas in toto examine testis, vel deici habere, erit in fine examinis coram duobus testibus depositio reo legenda; & si perstiterit in depositione, sufficere scribere in actis, quomodo, in præsentia talium fuit sibi depositio lecta, & perseveravit; & quòd deinde testes se subscribant, ut per eundem Pegnam *comm. 19 sub rubr. quot. per. es. debe. in fin.* Sumptis informationibus, regulariter debet reus ad comparandum coram iudice informato ad certam diem citari mandari. Simanca *de cath. instit. tit. 44. num. 12.* Pegna *comment 33. 3. par. direct. nu. 131.* Si verò latitat, & non comparet, tunc expressa causa in citatione, est citandus. Pegna *ubi supra comment. 33.* Si verò est contumax, vel abest, per afflictionem copiarum valvis ecclesiarum cathedralis, vel parochialis illius terræ, vel loci, in quibus communiter degebat, Pegna *ead. 3. part. direct. commen. 34. & 35.* Sed, si reus est de gravi crimine hæresis, & de